

nonia superiore pede Faustiniano. *Sirmium* *suit* *provinciae Pannoniae inferioris*. — 2) *Pagus Martius ignotus*, *vicus Budalia prope Sirmium situs memoratur etiam in itinerariis* (*it. Ant. p. 268 ed. Wess.*; *it. Hieros. p. 563*, *ubi traditur Vedulia*). *Simili diligentia praeterea vix umquam domus militis enarratur*. — 3) QVI · XIT lapis. — 4) *Scr. milit.* — 5) *Ex denarium quinquaginta milibus*.

2045 d. m. | Val. Tertius militi | corti (*sic*) X pretorie, qui | vixit annis XXXVI mes. III | dies XV, militabit legione Mesiaca annis V, inter lanciarios annis XI, | in pretoria ann[is] . . . | γ Salbi, Zipe | eres et cete[ri] commanu]culis¹ pr | cuit | i

Prope Romanam rep. (VI 2759 vidit Henzen). — 1) *Expectaveris commanuculi*.

2046 dis ma[nibus sacrum]

L. Terentius Secun[dus natio]-
ne Noricus h. s. est
translatus in praetorio
[ex] coh. II Breucorum, mil. . .
L. Terentius Lucanus¹
. ot

Caesareae Mauretaniae (VIII 9391 vidit Wilmanns). — 1) *Milites ex cohortibus auxiliariis in praetorium translati praeterea in inscriptionibus non inveniuntur (sed tamen a. 69 milites ex alis in praetorium translatos esse significat Tacitus hist. 2, 94); fortasse recte Domaszewskius (arch. ep. Mitth. aus Oestr. 5 p. 205 not. 10) suspicatur plura periisse, et Terentium ex legione aliqua in praetorium translatum postea factum esse centurionem cohortis secundae Breucorum.*

2047 | Aur. Adsula mil. coh. V pretorie, | fratri benemerent. (*sic*) | qui mecu laborait (*sic*) | an. XII et Fruninone¹ | est in barbarico.

*Saponarae in Lucania, ubi *suit Grumentum* (X 216 vidit Mommsen)*. — 1) *Frunino mihi locus est extra fines Romanos, ubi diem obierit is cui titulus positus est (Mo.)*.

2048 d. m. | Aurelio Muciano | mil. coh. V pr. γ | Barbat, militare coepit Pompejano et Avito cos.¹, | ann. XV, vixit ann. | XLV, natus Tremontiae², Cl. Paulina | coiugi karissimo | ex testamento | fecit.

Roma (VI 2566 vidit de Rossi). — 1) *A. 209.* — 2) *Intellegitur Philippopolis, Latine Trimontium (Mo.)*. *Inter praetorianos origine Philippopolitanos, qui a. 227 dedicaverunt titulum infra N. 2092 hic non reperitur, paullo ante missus puto.*

2049 d. m. | P. Octavio P. fil. | Vol. Marcellin[o], Luco Feroniae¹, | veterano Augu|storum, qui militavit in ch. V pr. an[nis] XVIII, honesta|m missione missu|s, frumento pub|lico, collegio tibicin|um², qui vixit annis XXX|VII³ mensibus sex die|bus XXIII, patrono et coi|ugi merentissimo, Oc|tavia Hermione liberta | v. f.

Romae (VI 2584 aliquoties descripta sacc. XVI. XVII). — 1) *De oppido Luco Feroniae cf. Bormann C. XI p. 570.* — 2) *Significatur hunc post missionem frumento publico incisum (cf. infra N. 2460 not. 7) et in collegium tibicinum receptum esse; cf. Mommsen Stastr. III p. 288 not. 5.* — 3) *Numerus videtur non recte exceptus.*